BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Seite 210r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aut respondens dixit eis. Videtis
hec omnia. Amen dico vobis non
relinquetur hic lapis super lapidem
qui non destruatur. Sedente autem
eo in monte oliveti accesserunt
ad eum discipuli secreto dicentes
Dic nobis quando hec erunt. et
quod signum adventus tui. et con
sumacionis seculi. Et respondens
ihesus dixit eis. Videte ne quis vos
seducat. Multi enim venient in no
mine meo dicentes. Ego sum xpc.
et multos seducent. Audietis u-
ellis prelia. et seditiones. et opinio
nes bellorum preliorum. Videte
ne turbemini. Oportet enim hec
fieri sed non dum est finis. Insur
get enim gens in gentem. et regnum
in regnum. et erunt pestilencie
et fames. et terremotus per loca. Hec
autem omnia initia sunt dolorum
Tunc tradent vos in tribulacionem
et occident vos. Et eritis odio
omnibus hominibus propter no
men meum. Et tunc scandalisa
buntur multi et invicem se tra
dent. et odio habebunt invicem. et
multi pseudo prophete surgent
et seducent multos. Et quoniam
habundabit iniquitas refrigescet ca
ritas multorum. Qui autem perseve
rauerit usque in finem hic salvus erit
Et predicabitur hoc evangelium
regni in universo orbe in
testimonium omnibus gentibus et
tunc veniet consumacio. Cum ergo
videritis abhominacionem desolacio
nis que dicta est a daniele
propheta stantem in loco sancto
qui legit intelligat. Tunc qui in
iudea sunt fugiant ad montes. et
qui in tecto non descendat tollere a
liquid de domo sua. Et qui in agro
non reuertatur tollere tunicam suam
Ve pregnantibus et nutrientibus
in illis diebus. Orate autem ut
non fiat fuga vestra hyeme vel sabba
to. Erit enim tunc tribulacio mag-
nalis non fuit ab initio mundi
usque modo neque fiet. Et nisi abbre
uiati fuissent dies illi. non fieret
salua omnis caro. sed propter electos
breuiabuntur dies illi. Tunc si
quis vobis dixerit. ecce hic est xpc
aut illic nolite credere. Surgent
enim pseudo christi. et pseudo prophe
te. et dabunt signa magna. et pro
digia. ita ut in errorem inducant
si fieri potest etiam electi. Ecce pre
dixi vobis. Si ergo dixerint vo
bis ecce in deserto est. nolite ex
ire. ecce in penetralibus nolite
credere. Sicut enim fulgur exit ab
oriente. et apparet usque in occiden
tem ita erit aduentus filii homi
nis. Vbicumque fuerit corpus ibi
congregabuntur et aquile. Sta
tim autem post tribulacionem die
rum illorum. sol obscurabitur. et luna
non dabit lumen suum. et stelle ce
dent de celo. et virtutes celorum
commouebuntur. Et tunc apparebit
signum filii hominis in celo
Et tunc plangent se omnes
tribus terre. et videbunt filium
hominis venientem in nubibus

210